- Quis sit hereticus manifestus et qualiter tenens heresim excusari potest lib. 3, c. 5 et in pluribus aliis sequentibus et lib. 4, c. 5 et deinceps quasi per totum 4<sup>m</sup> librum
- Quod aliquis est hereticus scienter et aliquis nescienter, et quomodo potest hoc esse lib. 4, c. 2, 3, 4 725
- De diversis modis convincendi aliquem de heresi in iudicio lib. 4, c. 5 et deinceps quasi per totum 4<sup>m</sup> librum
- Quid dicendum de defendente heresim nescienter etiam coram papa lib. 4, c. 23
- Utrum heresis sit dimittenda et revocanda ad simplicem correctionem domini pape lib. 4, c. 23 730
- An aliquis post mortem possit accusari de heresi lib. 4, c. 23
- Que persone possunt fieri heretice: quia pape et cardinals, et concilium generale, et breviter omnis homo dum est in hac vita cuicumque conditionis et status, et omne collegium, excepta sola universali ecclesia que propter promissum salvatoris non potest totaliter errare in fide quin semper erit aliquis catholicus et fidelis lib. 5<sup>m</sup> per totum et lib. 4, c. 9 et 10 735
- Quid homo catholicus facere debet cum videt multiplicari hereses in ecclesia lib. 5, c. 29
- Quis potest vel debet papam hereticum et quoscunque hereticos iudicare lib. 6, c. 1 usque ad c. 16. In quo occasione dictorum inserit materiam de appellationibus, qualiter est appellandum a papa heretico vel de heresi diffamato, et hoc usque ad c. 36. Inde autem usque ad c. 56 inquit an sic appellantes a papa heretico seu ipsum de heresi impugnantis sint defendendi et a quibus. In capitulo autem 56 revertitur ad materiam quam dimiserat, scilicet quis potest papam hereticum et quoscunque alios hereticos iudicare, sive sint vere heretici sive de heresi diffamati, et hoc usque ad c. 68, immo usque ad finem 6<sup>m</sup> libri 740
- Quibus penis est papa hereticus subiectus vel subiciendus, et per quos iudices huiusmodi pene sunt sibi infligende lib. 6, c. 68 usque ad finem libri 4<sup>i</sup>. Et quod dicitur de papa intelligendum est etiam de aliis hereticis seu de heresi diffamatis. 745

723 deinceps] infra AvOx 731 23] et nota bene added Ox 741 1] et deinceps added Ox | In quo] omitted Ox 750 4i] 6 Ox 751 dicitur] dico Ox

- Qualiter aliquis dicitur hereticus manifestus notorius vel occultus lib. 6, c. 83.
- Quam grave est crimen heresies, maxime in papa lib. 6, c. 99
- De credentibus hereticorum et precipue pape heretici, cum multis annexis lib. 7,  
755 c. 1 et deinceps usque ad c. 27
- De fautoribus hereticorum et specialiter pape heretici lib. 7, c. 27 usque ad c. 65;  
et in eisdem capitulis multa inseruntur annexa
- De defensoribus hereticorum et maxime pape heretici lib. 7, c. 65, 66
- De receptatoribus hereticorum, et maxime pape heretici lib. 7, c. 67, 68
- 760 De credentibus, fautoribus, defensoribus et receptatoribus simul lib. 7, c. 69
- De gravissimo periculo imminente Christianis tempore pape heretici lib. 7, c. 70
- Qui sunt idonei reputandi ad impugnandum papam hereticum, et quas  
prerogativas habere debent; sive corporaliter sive spiritualiter debeat impugnare  
lib. 7, c. 71, 72, 73
- 765 Que oportet summe vitare in impugnatione et improbatione pape heretici lib. 7,  
c. ultimo prope finem
- De peccato exponentis et glosantis perverse diffinitionem hereticam ad  
excusationem pape, an sit fautor heretice pravitatis lib. 7, c. 2
- Utrum publicans diffinitionem hereticam pape sit hereticus lib. 7, c. 5
- 770 Quibus indiciis et documentis potest papa probari hereticus lib. 7, c. 15, 17 et 19
- Utrum consentiens diffinitioni pape hereticali sit hereticus lib. 7, c. 33, 34
- Utrum habentes officium docendi teneantur improbare publice et private  
doctrinam hereticam pape quam audiunt publicari lib. 7, c. 43
- Quod hereticus nichil habet potestatis vel iuris lib. 7, c. 60
- 775 Quod hereticus occultus non est in publico devitandus lib. 7, c. 64
- Quot modis est heretica pravitas impugnanda lib. 7, c. 65
- Quod aliquis probatur hereticus solo facto, scilicet defensione hereticorum lib.  
7, c. 66

---

753 99] et nota bene ibi optima de h oc added Ox 756 27] et deinceps added Ox 765 heretici] nota bene added Ox 770 19] optime added Ox

- Nota sex genera hominum qui sunt heretici manifesti secundum Innocentium lib. 3, c. 9 780
- HOMICIDIUM:** Quot modis potest aliquis esse homicida: quia consilio, precepto et cetera lib. 7, c. 34
- Qui occasionem mortis dat aliquid omittendo reus homicidii iudicatur lib. 6, c. 50
- INCORRIGIBILIS:** Quod aliquis dicitur incorrigibilis dupliciter: uno modo quia non potest corrigi, et talis nullus est in hac vita; alio modo quia non est in proposito se corrigenda, et talis dicitur pertinax lib. 4, c. 7 785
- Quomodo papa existens in peccato de quo scandalizatur ecclesia, si sit incorrigibilis, est ab alio iudicandus lib. 6, c. 63
- Unde potest papa deprehendi esse incorrigibilis lib. 6, c. 63 790
- IGNORANTIA:** Quomodo est duplex ignorantia iuris: una est eius quod quis scire tenetur, et hec non excusat; alia est eius quod non tenetur quis scire, et talis excusat lib. 4, c. 21
- Quod quedam est ignorantia iuris, quedam facti. Item est quedam ignorantia facti quod quis scire tenetur, et quedam facti quod non tenetur quis scire. Item quedam ignorantia est iuris naturalis, et quedam iuris civilis et positivi lib. 6, c. 47 795
- Que ignorantia excusat hos vel illos peccantes, et que non excusat lib. 6, c. 79 et lib. 7, c. 9, 11, 27, 32, 35, 37, 49 et lib. 2, c. 30, 31
- Imperator aliquando habet potestatem eligendi papam lib. 7, c. 5 800
- IMPERATOR:** Quod imperator potest pro fide leges statuere et interesse concilio generali lib. 6, c. 93, 94
- Utrum imperator possit esse iudex pape lib. 6, c. 4 et tribus sequentibus, et c. 100
- Quod imperator potest punire prelatos hereticos lib. 6, c. 99 805
- De potestate imperator habetur multum lib. 6, c. 91, 92
- INQUISITIO:** Contra quos possunt inquisitores procedere tanquam contra hereticos, et contra quos non lib. 2, c. 20

788 Quomodo] quod non Ox, quod vero Av 799 37] 27 Ox 800 Imperator...5] AvOx: omitted VcVf 806 habetur] habes AvOx

Quod inquisitio non est fienda nisi ubi precessit infamia lib. 2, c. 29

810 Quod inquisitores heretice pravitatis sunt ecclesie Dei valde nocivi lib. 4, c. 21, 23

Quod catholici tenentur inquirere contra papam de heresi diffamatum, qui si inquisitionem impediatur debet captivari lib. 6, c. 56

815 Quis habet inquirere contra papam de heresi diffamatum: quia primo ad universalem ecclesiam, secundo ad concilium generale, tertio ad dyocesanum, et cetera lib. 6, c. 57

Propter quam infamiam est contra papam diffamatum de heresi facienda inquisitionem, et quis modus est tenendus sic inquirendo lib. 6, c. 58

820 **IUDEX:** Quod iudex debet esse peritus, et quod in causis non debet tantum stare dictis aliorum sibi consulentium lib. 2, c. 32

Quod non solum verus iudex aliquem citare, sed etiam qui dubitatur esse iudex potest citare eundem lib. 6, c. 58

Iudex autem iudicans secundum allegata non peccet lib. 6 c. 10 in fine

Utrum aliquis possit esse iudex pape in aliquo casu lib. 6, c. 1, 10, 58, 62, 63

825 Quod iudex non debet ferre sententiam nisi previa sufficienti probatione, nisi in notoriis et confessis lib. 7, c. 13

Quod iudex potest papam hereticum detinere lib. 7, c. 13

Qualiter sunt recitanda verba accusantium seu testificantium, sive a iudice sive ab alio lib. 7, c. 24

830 Quod hereticus nichil iuris habet nec potest esse iudex lib. 6, c. 19

Quis potest et debet iudicare papam hereticum et omnes alios hereticos lib. 6, c. 1 usque ad c. 36 et c. 56 usque ad finem 6<sup>i</sup> libri

Utrum papa vel alius possit esse iudex in causa sua lib. 6, c. 52

**IUDICIUM:** Utrum papa sit subiectus iudicio concilii generalis lib. 5, c. 28, 29

835 Utrum papa in aliquo casu teneatur se subicere iudicio alicuius lib. 5, c. 58, 59

## **KATHECUMINUS**

### **KARITAS**

809 ubi] omitted Ox 821 iudex<sup>1</sup>] potest added Vf (not VcAvOx)\* 823 Iudex ... fine] AvOx: omitted VcVf | peccet] peccat Av

- LAYCUS:** An layci se debeant intromittere de fide lib. 6, c. 93, 94, 96 et lib. 7, c. 61
- Quod layci de necessitate salutis tenentur defendere impugnatores pape heretici lib. 6, c. 94 840
- In quo casu layci non tenentur se intromittere de questione fidei lib. 6, c. 96
- An deficiente multipliciter potestate ecclesiastica, layci possint procedere contra papam hereticum lib. 6, c. 99
- Quot modis layci habent potestatem in personis ecclesiasticis lib. 6, c. 99 845
- LEX:** Quomodo lex post duos menses omnes astringit, et quomodo non lib. 4, c. 21 et lib. 7, c. 18
- Quod lex potest recipere quattuor interpretes, scilicet principem, consuetudinem, iudicem et magistros lib. 6, c. 100
- Quod lex dictat modum procedendi contra papam hereticum, quia tantum lex divina et naturalis lib. 7, c. 13 850
- Quod ubi deficit lex positiva recurrendum est ad legem divinam et naturalem lib. 7, c. 13
- In quo casu non est curandum de lege servanda sed pie interpretandum secundum epikeiam lib. 7, c. 58 855
- De vigore legis humane et qualiter in multis casibus oportet eam interpretari lib. 7, c. 67 et lib. 6, c. 100
- De quibus potest papa novam legem condere, et de quibus non lib. 1, c. 4
- De hiis que consideranda sunt in observando quamcunque legem lib. 6, c. 26
- Quod lex debet esse manifesta lib. 6, c. 100 860
- Quis habet iudicare an verba legis positive repugnent iuri divino vel rationi: quia ad conditorem legis, et ad theologos, licet aliter et aliter lib. 6, c. 100
- LIBER:** Quod liber iste est de controversia fidei que est nunc inter Christianos, in Prologo, c. 1
- Quis est modus procedendi in hoc libro et quare, in Prologo, c. 2, 3, et lib. 2, c. 3 865
- Que est materia librorum iuris canonici lib. 1, c. 8

838 94] diffuse added Ox 847 18] ubi bene de hoc added Ox 856 eam] omitted Vc 865 quare] VcVf: qualiter AvOx | 2<sup>i</sup>] AvOxVf: 3 Ox

Quibus libris et operibus est firmiter credendum et quibus non, et quid de libris sanctorum lib. 2, c. 1, 2, 3, 4, 5

870 Quod liber iste est compositus propter discordia pape Iohannis et Michaelis de Cesena lib. 6, c. 1

Quod libri et scripta probantium papam esse hereticum sunt legenda lib. 7, c. 22

Quomodo contra hereses sunt libri scribendi et publicandi lib. 7, c. 48

Quando libris est preponendum nomen actoris et quando non lib. 7, c. 48

875 **MAGISTER:** Utrum magistri docentes doctrinam pape heretici sint fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 42

Quod magistri et doctores sunt oculi in corpore Christi mistico, id est ecclesia, qui habent videre sibi et aliis que expediunt et que obsunt lib. 7, c. 46

An pugna contra doctrinam pape heretici ita debeat assumi a paucis sicut a multis lib. 7, 47, 48

880 Quod multitudo magistrorum adherebit pape heretico et cuicumque prepotenti, et quare lib. 7, c. 48

Quid incumbit magistris facere tempore pape heretici, et cuicumque heretici lib. 7, c. 48

885 De modo quo debent magistri pugnare contra papam hereticum lib. 7, c. 48. De hiis habes satis sub hoc vocabulo “doctor”: quere ibidem

**MANDATUM:** Qualiter subditi se debent habere ad iniqua mandata superiorum lib. 7, c. 35, 36, 37

**MENDACIUM:** De diversis causis mendacii, quare scilicet aliqui mentiuntur lib. 7, c. 2

890 Quod nulli licet mentiri, nec verbo nec scripto nec facto lib. 7, c. 60

Quod solo facto contingit mentiri lib. 7, c. 66

**MISERICORDIA:** De operibus misericordie, quo tempore sunt exhibenda lib. 7, c. 38, 39

## MIRACULUM

---

872 48] 68 Vc [VfAvOx 48]8 873 preponendum nomen] VcVf: preponendus AvOx 875 42] 48 Ox \*others 42\* 878 heretici] omitted Vc 879 7] 9 added Vc \*(not others) 880 cuicumque] ceterique Ox \*(others cuicumque) 892 MISERICORDIA] AvOx: medicine VcVf | misericordie] medicine VfVc 894 MIRACULUM] Ox: omitted VcVf

- NEGLIGENTIA:** Quod prelati qui negligunt exstirpare hereses de suis dyocesibus sunt deponendi lib. 2, c. 29 895
- De negligentibus succurrere in necessitate famis vel mortis vel culpe lib. 6, c. 41, 44
- De negligentia summorum pontificum non exstirpantium hereses de ecclesia quas magistri docent lib. 2, c. 29 900
- De pena negligentium perturbare perversos lib. 6, c. 43 et lib. 7, c. 33
- Quod qui aliquid omittit unde sequitur dampnum, ipse videtur dedisse dampnum lib. 6, c. 50
- Quod sola negligentia, scilicet tacendo et non resistendo cum potest, dicitur aliquis consentire malo lib. 7, c. 29, 30, 31, 32, 38 905
- Quod culpe et pene magis imputande sunt negligentibus prelati quam illis qui faciunt lib. 7, c. 38
- Quod aliqua negligentia punitur morte lib. 6, c. 50
- Quibus penis punitur negligentia correctionis lib. 7, c. 39
- Quod negligens querere veritatem quando et quomodo debet errat pertinaciter in mente lib. 4, c. 2 910
- NOMEN:** Quod nomen auctoris convenienter tacetur quandoque in principio librorum, cuius ratio duplex est, in Prologo prime partis, c. 2
- Quando est preponendum nomen libris auctorum et quando non lib. 7, c. 48
- OBEDIENTIA:** An prelati sit obediendum in omnibus lib. 7, c. 19 915
- Qualiter militans sub malo capite se debet habere ad mandata superiorum lib. 7, c. 36
- Quod prelati non tenentur implere mandatum dubium de heresi lib. 7, c. 37
- Quod subditi sunt absoluti ab obedientia prelati excommunicati vel errantis in fide lib. 7, c. 32, 39, et lib. 6, c. 88 920
- De obedientibus pape heretico lib. 7, c. 63
- Qualiter in dubiis est obediendum superiori etiam malo et qualiter non lib. 6, c. 46, 47

897 De... 900 29] These two paragraphs in reverse order in VcVf 902 unde] AvOxVf: et tamen Vc 905 38] AvVcVf: 34 Ox 915 19] VcVf: 10 AvOx \*not found in either\*



925 Quod in casu heresies, vel excommunicationis, vel inobservantie canonum, vel  
symonie, vel fornicationis notorie licet recedere ab obedientia prelatorum etiam  
ante sententiam latam lib. 6, c. 47

Quod interiecta appellatione a papa omnes sunt absoluti ab obedientia illius, ita  
quod nichil agi debet per eos in preiudicium appellantis lib. 6, c. 47

930 **OPINIO:** De erroneis opinionibus que communiter habentur de papa apud  
multos lib. 7, c. 70

Qualiter opinio Cipriani martiris excusatur lib. 4, c. 23

Quis habet iudicare de opinionibus theologorum et aliorum si sunt contrarie  
fidei lib. 2, c. 19, 29

935 De opinionibus Thome et Petri Iohannis dampnatis Parisius et in Anglia lib. 2, c.  
21 et in octo aliis sequentibus

De opinione Thome de unitate formarum et que inconvenientia in fide sequitur  
ad illam lib. 2, c. 26, 29

De opinionibus Scoti et Egidii que reputantur erronee lib. 2, c. 29

940 **PAPA:** Utrum papa habeat superiorem in terris a quo possit iudicari lib. 6 quasi  
per totum

Utrum papa habeat iurisdictionem coactivam lib. 6, c. 3

Utrum potestas pape suspendatur per appellationem lib. 6, c. 47, 48, 49

Quod papa debet se subicere iudicio inferiorum si de heresi diffametur lib. 6, c.  
59

945 Quando papa tenetur se purgare de heresi lib. 6, c. 60

Quis debet dampnare papam se purgare nolentem lib. 6, c. 62

Nota quattuor causis in quibus papa habet superiorem, et in quibus casibus  
aliquis habet potestatem super eum, licet non iurisdictionem lib. 6, c. 63, 67

950 Utrum papa hereticus sit privatus papatui et omni auctoritate lib. 6, c. 63, 68, 69,  
70, 75, 81 et lib. 7, c. 60

Qualiter fideles se debent habere ad papam hereticum lib. 6, c. 68

---

924 inobservantie] inoberservatione Ox, omitted Av 932 si] qui Ox 947 superiorem] in terris  
added Ox

- De penis pape heretici, quam multe sunt lib. 6, c. 68 et deinceps usque ad finem 6<sup>i</sup> libri
- Utrum propter solam famam de heresi sit papa vitandus lib. 6, c. 94
- An sententia pape sit recipienda semper lib. 7, c. 1 955
- Utrum pape sit credendum magis quam scripture lib. 7, c. 1
- Quod heresis pape est valde contagiosa lib. 7, c. 35, 40, 43, 46, 48, 70
- An papa hereticus sit tollerandus quamdiu ab ecclesia tolleratur lib. 7, c. 44, 59, 60
- Quod papa hereticus nullo gaudet speciali privilegio ultra alios prelatos hereticos lib. 7, c. 60 960
- Utrum papa revocans suum errorem implicite dampnatum sit habendus pro vero papa lib. 7, c. 60
- Utrum papa rediens ad veram fidem debeat se gerere pro vero papa si catholici eum reputant verum papam lib. 7, c. 60 965
- Utrum ad dampnandum papam pro heresi ante implicite dampnata sit necesse congregare concilium generale lib. 7, c. 60
- Quid dominus temporalis vel populus facere debet habens papam hereticum in terris suis et non possit eum coherere lib. 7, c. 67
- Utrum aliquis papa hereticus sit futurus lib. 7, c. 70 970
- Nota quot et quanta mala facturus est papa hereticus si unquam erit lib. 7, c. 70
- Que sunt cause quare papa hereticus habet tot sequaces lib. 7, c. 70
- PAX:** Quando pro pace sunt mali tollerandi, et quando non: quia in causa fidei non sunt tollerandi dummodo speretur inde fructus, in aliis tamen casis pro pace servanda tollerari possunt lib. 7, c. 38, 54, 59, 64 975
- PECCATUM:** De peccato publicantis diffinitiones pape heretici lib. 7, c. 5
- Quod est gravius peccatum inter omnia lib. 7, c. 6
- De peccato nolentis audire docentes quomodo papa est hereticus lib. 7, c. 10
- De peccato illius qui credit hereticis licet nullum sciat errorum illorum lib. 7, c. 9 980
- 
- 955 recipienda] VeVfAv: recitanda Ox 957 valde] maxime Ox | contagiosa] nota bene added Ox 959 60] et ibi bene de hoc added Ox 974 dummodo] non added Ox

Utrum liceat alicui revelare peccatum alterius occultum lib. 7, c. 14. Et quibus non debet peccatum revelari: quia non criminoso et cetera ibidem

De peccato consentientis heresi pape heretici lib. 7, c. 29

De peccato taciturnitatis in certis casibus et in certis personis lib. 7, c. 31, 32

985 Quod quilibet tenetur impedire proximum ne peccet lib. 7, c. 32

De peccato multitudinis permittentis publicari doctrinam hereticam apud se lib. 7, c. 54

De peccato communicatis pape heretico lib. 7, c. 61, 67

990 Quod peccatum est puniendum et corrigendum quando periculum scismatis non timetur lib. 7, c. 54

De peccato defendentis heresim et peccatum alterius lib. 7, c. 66

De comparatione peccatorum credentium hereticis seu heretice pravitati quis gravius peccat. Et eadem questio potest esse de fautoribus defensoribus et receptatoribus an isti vel illi peccent equaliter lib. 7, c. 69

995 De peccatis illorum qui defendunt excusant glosant doctrinam hereticam pape lib. 7, c. 50

**PENA:** De penis hereticorum quas ipso facto incurrunt, et que sunt eis infligende per iudices vel alios lib. 6, c. 68 et deinceps usque ad finem eiusdem libri

1000 De penis inferendis pervertentibus scripta et dicta aliorum lib. 7, c. 4

De pena ore confitentis errorem dampnatum licet corde discredat lib. 7, c. 6

De pena nolentis doceri an papa sit hereticus lib. 7, c. 11 et 23

De pena consentientis diffinitioni heretice ipsius pape lib. 7, c. 29, 33

De pena cuiuscunque consentientis malo lib. 7, c. 33, 34

1005 Qualiter intelligitur illud, “facientes et consentientes pari pena” et cetera lib. 7, c. 33

De pena non corrigentis predicantes heresim lib. 7, c. 39

De pena persequentis impugnatores pape heretici et que pene sunt eis infligende lib. 7, c. 41

---

994 69] et nota bene added Ox 998 alios] layicos Ox

De pena malorum doctorum lib. 7, c. 50	1010
De pena fautoris hereticorum et heretice pravitatis lib. 7, c. 57	
De pena facto defendentis personam pape heretici, non errorem illius lib. 7, c. 65	
De pena negligentis facere iustitiam de papa heretico si ad eum spectat lib. 7, c. 65	1015
De pena defendentium papam hereticum verbo vel scripto lib. 7, c. 65	
De pena defendentium hereticam pravitatem verbo, scripto, facto lib. 7, c. 66	
De pena receptatorum hereticorum lib. 7, c. 67	
<b>PERTINAX:</b> Ad quos artifices[?] spectat determinare quis est pertinax iudicandus et quis non lib. 1, c. 12, 13, 14	1020
An in scriptura agatur de pertinacia an non, sed solum in iure canonico lib. 1, c. 13	
Qui sunt modi convicendi aliquem de pertinacia, et an possit aliquis sic convinci extra iudicium lib. 1, c. 14	
Quod non est hereticus nisi sit pertinaciter dubitans vel errans contra catholicam veritatem lib. 3, c. 3, 5	1025
Quibus rationibus videtur probari quod aliquis potest esse hereticus sine pertinacia, et quibus rationibus ostenditur contrarium lib. 3, c. 5, 6, 7, 8	
De differentia inter dubitantem et errantem pertinaciter, et errantem pertinaciter et errorem pertinaciter defendentem lib. 3, c. 6	1030
Quis dicendus est errorem suum pertinaci animositate defendere lib. 3, c. 6	
Quomodo respondetur ad rationes probantes quod ad hereticum non requiritur pertinacia lib. 3, c. 9, 10	
Quod nullus debet dampnari tanquam hereticus nisi probetur quod pertinaciter erret lib. 3, c. 9	1035
Quid est pertinax et qualiter diffinitur diffinitione exprimente quid nominis, et quid est hoc dictum pertinax lib. 3, c. 6 et lib. 4, c. 1	
Utrum omnes gentiles et iudei sint pertinaces lib. 4, c. 1	

1040 Quomodo potest aliquis de pertinacia convinci, quia multis articulis et rationibus lib. 4, c. 2 et deinceps usque ad finem 4<sup>i</sup> libri, ubi ponuntur 19 modi errantem de pertinacia convincendi

Quod quedam est pertinacia interior in mente et quedam exterior in opera, et quot modis potest aliquis esse pertinax in mente, quia tripliciter, et quot modis pertinaciter dubitare, quia tripliciter lib. 4, c. 2

1045 Quod aliquis est pertinax scienter et aliquis nescienter, et quomodo potest hoc esse lib. 4, c. 2

Utrum omnis hereticus sit scienter pertinax vel nescienter lib. 4, c. 3

**POTESTAS:** De potestate beati Petri super Christianos et ecclesie romane super alias lib. 5, c. 14 et 15

1050 De potestate ecclesie vel concilii vel episcoporum vel cuiuscunque catholici super papam lib. 6, c. 11, 13, 14, 15

Quibus competit potestas coercendi malos lib. 6, c. 91

Quod quedam est potestas cum iurisdictione et quedam sine iurisdictione lib. 6, c. 67

1055 Qualiter potestas ecclesie potest quadrupliciter deficere, scilicet per impotentiam et per malitiam et cetera lib. 6, c. 99

Ad quid est potestas secularis secundum Isidorum lib. 7, c. 99

Quod cui committitur causa intelligitur esse commissa potestas omnium pertinentium ad illam lib. 7, c. 53

1060 Utrum potestates permittentes publicari et teneri doctrinam pape hereticam sint fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 55

Quod hereticus nichil habet potestatis vel iuris lib. 6, c. 60

Quod deficiente potestate ecclesie per impotentiam vel malitiam et cetera, domini temporales tenentur coercere papam hereticum lib. 7, c. 67

1065 Utrum potestas pape suspendatur per appellationem lib. 6, c. 48

---

1039 articulis] argumentis Vf 1040 ubi... 1041 convincendi] docet enim quod per 9 modos potest aliquos convinci et probari quod pertinaciter erret et ibi multa de hoc AvOx | 19] Vc: 9 VfAvOx 1045 Quod... 1046 2] AvOx: omitted VeVf 1052 Quibus... 1054 67] These two paragraphs in reverse order VfOxAv 1054 67] 65 Ox 1064 67] 65 Ox

Quod potestas secularis et sacerdotalis sunt diverse et distincte lib. 6, c. 91, 92, 93

**PREDICATIO:** Quod multipliciter potest aliquis predicare contra fidem publice, uno modo absolute docendo fidem Christi esse falsam, alio modo predicando aliquem errorem contra fidem cum protestatione quod semper illum errorem tenebit, et cetera lib. 3, c. 9 1070

**PRELATUS:** Qualiter prelati se debent habere erga malos lib. 7, c. 38

Quid tenetur quilibet prelatus facere pro ovibus suis lib. 6, c. 52

**PRINCEPS:** An principes habeant potestatem coercendi papam hereticum lib. 6, c. 91, 92, 93 1075

De potestate cuiuscunque principis pro fide et personis ecclesiasticis et quibuscunque rebus divinis lib. 6, c. 93

Utrum sit licitum bellare sine auctoritate principis, et quomodo bellum est indictum contra hereticos a principe Christo lib. 7, c. 43, 45, 46

Utrum principes teneantur defendere impugnantes papam de heresy, etiam arma movere lib. 6, c. 53, 54 1080

**PURGATIO:** Utrum papa teneatur se purgare de necessitate salutis deficiente accusatore lib. 6, c. 60

Quod ille de quo aliquis detrahit debet se purgare apud illum et qualiter lib. 6, c. 60 1085

Quod nolens se purgare cum non potest aliter suam innocentiam declarare peccat mortaliter lib. 6, c. 60

Quod recusans se purgare ostendit se convictum et de utilitate proximi non curare lib. 6, c. 60

Propter quam infamiam aliquis tenetur se purgare et propter quam non lib. 6, c. 60, 61 1090

Quod accusatore deficiente accusatus non tenetur se purgare nisi sit diffamatus lib. 6, c. 61

Quid est agendum si papa vel alius de heresi diffamatus non vult se purgare lib. 6, c. 62 1095

---

1071 9] optime habetur added Ox 1072 38] optime added Ox 1082 salutis] omitted Ox 1083 60] 6 optime Ox 1091 61] melius et nota bene added Ox

Quod nullus debet communicare pape vel alterius de quo est publica fama quod docet vel tenet contra catholicam veritatem nisi se purgaverit prius lib. 6, c. 94

**QUESTIO:** An questio fidei pertineat ad laycos aliquo modo, et qualiter lib. 6, c. 93, 94, 95, 96

1100 Quod questio fidei potest multipliciter ventilari lib. 6, c. 94

Quis habet questiones fidei terminare lib. 1, c. 1 et deinceps et lib. 2, c. 20

Quod layci possunt interesse tractatibus de questione fidei lib. 6, c. 93?

Utrum ad questiones fidei sunt admittende mulieres lib. 6, c. 94

1105 Quid layci facere debent cum agitur questio fidei, maxime de eo quod est apud omnes catholicos divulgatum lib. 6, c. 94

**RATIO:** Quales rationes sunt inducende contra hereticos in materia fidei lib. 7, c. ultimo

**RECEPTATOR:** Que differentia est inter receptatores, credentes, fautores et defensores hereticorum seu heretice pravitatis lib. 7, c. 67

1110 Qui dicuntur proprie receptatores secundum iura canonica lib. 7, c. 67

Qualiter et quando domini temporales possunt excusari quod non sunt receptatores hereticorum licet eos non expellant de terris suis lib. 7, c. 67

Utrum domini temporales teneantur expellere papam hereticum de terris suis lib. 7, c. 67

1115 Utrum populus sit receptator hereticorum si apud se papam hereticum manere permittit lib. 7, c. 67

**RELIGIOSI:** Utrum religiosi non resistentes hereticis sint fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 51

1120 Utrum religiosi obedientes pape heretico, nichil de eius fide vel perfidia intromittendo, sint fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 51

Quid religiosi facere debent si papa fuerit hereticus lib. 7, c. 51

**REX:** Utrum reges permittentes doctrinam pape hereticam publicari sint fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 52

[VfOxAv finish here; Vc continues in a new hand, with various keywords "r..."]

Utrum de repertis in decretis pertineat ad theologos vel ad canonistas principalius et profundius cognoscere, et probat quod ad canonistas lib. 1, c. 7 1125

Quod de multis repertis in libris canonistarum, puta de positivis et de hiis que ex causa temporalis possunt variari, spectet ad canonistas cognoscere, sed de illis que tenaciorem [?] et profundior est intellectum habere videntur spectat ad theologos vel aliarum scientiarum peritos lib. 1, c. 8 1130

Que obiciuntur contra ea que dicta sunt supra immediate lib. 1, c. 9

Solutiones ad dictas obiectiones supra immediate factas lib. 1, c. 10

Quod reges et principes et alii layci et mulieres possunt et debeant generali consilio interesse lib. 6, c. 82 et per multa alia capitula subsequencia

Quod referentibus papam esse hereticum per certam scientiam, si sunt plures et discreti, tenetur quod credere lib. 7, c. 13 1135

Quod referentibus providis et honestis per famam publicam papam esse hereticum debet quis credere lib. 7, c. 13

Quod referentibus criminosis adducentibus legitima documenta quod papa est hereticus est credendum lib. 7, c. 13 1140

An non resistentes publicantibus doctrinam erroneam pape heretici sint reputandi fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 3v

An obviantes illi qui resistunt publicantibus doctrinam erroneam pape heretici sint censendi et reputandi fautores heretice pravitatis lib. 7, c. 3v

An religiosi qui non resistunt pape heretico sint computandi inter fautores pape heretici lib. 7, c. 51 1145

---

**1123** 52] Constitutiones ecclesie variis nominibus appellantur quandoque canon quandoque decretum quandoque decretales epistole. Canon dicitur illud quod constituitur in universali concilio. Decretum vero quid constituit papa de consilio cardinalium suorum ad ullius consultacionis. Decretalis epistola dicitur quam constituit papa vel solus vel cum cardinalibus ad consultacionem alicuius. Dogma dicitur quod consistit in doctrina fidei christiane. Mandatum vero dicitur quid consistit in doctrina de moribus. Interdictum in quo nulla pena adicitur. Sanctio vero in qua pena adicitur *added Ox*



An reges et principes qui permittunt in suis regnis et dominiis doctrina pape heretici doceri aut publicari sunt inter fautores heretice pravitatis computandi, et distinguit de regibus literatis et non literatis lib. 7, c. 52

1150 Quod si reges non tenentes temporalem potentia pape audierent a sacra pagina eruditus qui semper bone fame fuerunt papam doctrina heretica impugnari debent fortiter et diligenter inquirere per consilium generale vel per alium modum [com] not recognised [/com] veritas fidei ostendatur et distincte pateat catholicis universis lib. 7, c. 53

1155 Quod reges et principes si aliquo modo legitime scire possunt vel eis constet doctrinam pape esse erroneam tenentur in suis regnis et dominiis prohibere ne talis doctrina doceatur lib. 7, c. 53

1160 Quod rex si propter potentiam pape temporalem vel suorum sequacium probabiliter ex causis ingentibus formidaret quod ex prohibitione huiusmodi doctrine pape heretici nulla utilitas neque temporalis neque spiritualis fidelium sequeretur, sed magis catholici turbarentur et plures averteretur a fide, a tali prohibitione cessare deberet et permittere quod in suo regno talis doctrina publicaretur lib. 7, c. 53

Quomodo differunt receptatores hereticorum a credentibus, fautoribus defensoribus eorum, et qui censentur receptores eorum lib. 6, c.

67

Qua pena receptatores pape heretici sunt plectendi, et quomodo sunt heretici reputandi, et multa alia pulchra lib. 7, c. 68

1170 Quod reges et principes defendendo papam hereticum vel alios hereticos, vel eis prestando favorem, magis peccant quam heretici, et intelligo per principes prelatos et potentes personas lib. 7, c. 69

Quod receptatores pape heretici vel aliorum hereticorum qui magis muniuntur maiori potestate temporali, et minus timent potentiam temporalem, magis peccant quam heretici lib. 7, c. 69

1175 Quod reputandi sunt ad impugnandum papam hereticum illi qui sunt virtutibus excellentes et in sacris litteris eruditi in arduis rebus experti et pediti ?cum potentia temporali tanquam duces et principales lib. 7, c. 71

**ROMANA ECCLESIA:** An possit errare, et quid intelligatur per romanam ecclesiam lib. 5, c. 11

- Quod romana ecclesia sumpta pro tota congregatione fidelium non potest errare lib. 5, c. 11 1180
- An nomine romane ecclesie importetur tota congregatio fidelium, et hoc probatur auctoritate Pauli, Actuum 6, lib. 5, c. 12
- A quo romana ecclesia super omnes alias obtinuit principatam, ubi sunt quinque opinions: prima quod beatus Petrus ex ordinatione Christi non habuit super alios apostolos principatum; 2<sup>a</sup> quod beatus Petrus non fuit romanus pontifex; 3<sup>a</sup> quod beatus Petrus ex ordinatione apostolorum super alios apostolos obtinuit principatum; 4<sup>a</sup> quod ex ordinatione Christi nullus sacerdos habet super alium maiorem potestatem; 5<sup>a</sup> quod romana ecclesia a Constantino imperatore super alias principatum accepit lib. 5, c. 14 1185 1190
- Quod nec romanus pontifex nec Petrus habuit principatum a Christo
- Quod beatus Petrus non fuit romanus pontifex, et quod non ex ordinatione Christi sed apostolorum super omnes apostolos obtinuit principatum et quod nullus sacerdos est maior altero in potestate lib. 5, c. 17
- Quod romana ecclesia ante tempora Constantini super alias non habuit principatum, sed ab ipso Constantino accepit dominium lib. 5, c. 18 1195
- Quod romana ecclesia ante tempora Constantini super omnes alias habuit principatum lib. 5, c. 19
- Quod romana ecclesia super omnes alias habuit principatum auctoritate consiliorum generalium lib. 5, c. 19 1200
- Quod romana ecclesia super omnes alias habuit principatum immediate a Christo, et hoc quando ordinavit beatum Petrum in summum pontificem, dicens “Tu es petrus” et cetera lib. 5, c. 20
- Quod romana ecclesia non habuit a Christo principatum super alias, sed ecclesia Antiochena cui primo beatus Petrus presedit, a qua in ecclesiam romanam Christo iubente transtulit ecclesiam suam lib. 5, c. 21 1205
- Quod romana ecclesia prout distinguitur a congregatione fidelium potest errare contra fidem lib. 5, c. 23
- Responsiones a rationes 13 capituli quibus arguebatur quod romana ecclesia distincta a congregatione fidelium contra fidem errare non possit, et est capitulum notabile lib. 5, c. 24 1210

**SCRIPTURA SANCTA:** In ea debent pontifices esse eruditi lib. 2, c. 29. Ibi pugnuntur pontifices sacris literis non imbuti. Nota.

1215 Quod de sacerdotibus hereticis, cum Christus loquens de sacerdotibus veteris legis dixerit leproso, matt. 8, “Vade, ostende te sacerdotibus”, et tamen illi erant heretici, doctrinam Christi pertinaciter impugnantibus lib. 7, c. 64

**SEDES APOSTOLICA,** an possit errare lib. 5, c. 11

Quid intelligitur per sedem apostolicam ibidem

1220 **SENTENTIA:** An sententia per papam lata in favorem eius qui teneret fidem catholicam esse falsam, et sectam saracenorum tenendam, liceret appellare: quod sic probatur 13 rationibus lib. 6, c. 18

Quod a supradicta sententia appellare non licet, quia pronuntians diffinitive legem Christianam esse falsam est inter infideles indubie numerandus et ab infideli fideles appellare non licet lib. 6, c. 19

1225 Rationes propter quas expedit a sententia pape heretici appellare lib. 6, c. 22

Quod a sententia heretica pape appellando non est necessarium servare formam que secundum iura humana in appellationibus servantur lib. 6, c. 23

Quod a sententia lata contra fidem appellatio potest esse quadruplex lib. 6, c. 24 et usque ad 32

1230 Quod a sententia pape quamcunque heresim continente licet appellare lib. 6, c. 32

Quod donec per sententiam generalis concilii papa fuerit condemnatus ut non habeatur pro papa, licet cum eo communicare in divino officio, eum habendo pro papa lib. 7, c. 59

1235 Opiniones tenentes sententiam oppositam predicti capituli immediate precedentis, multa notabilia tangentes lib. 7, c. 60

**SYMBOLUM,** ad papam pertinet ordinare lib. primo, c. 4

1240 Utrum sciens aliquam heresim esse dampnatam quam putat esse ambiguam et duos sensus habere, si teneat eam in sensu dampnato nescienter, tamen debeat propter ignorantiam de heretica pravitate excusari lib. 4, c. 29

An simplices nullam super aliis potestatem habentes, si doctrine pape heretici non resistant, sint fautores hereticorum vel heretice pravitatis lib. 7, c. 56

Quod est ignorantia spiritualis lib. 7, c. 63

**SUPERIOR IUDEX IN TERRIS**, an sit ipse papa, et sunt quatuor opiniones:

1<sup>a</sup> quod superior iudex in terra est papa, 2<sup>a</sup> quod papa canonice ad papatum assumptus, nisi renuntiavit sponte, non habet superiorem; 3<sup>a</sup> quod licet papa sit superior, papa tamen universale concilium est supra papam; 4<sup>a</sup> quod licet papa quamdiu est papa non habeat superiorem in terris, tamen si efficiatur hereticus ipso facto iure divino, non humana, est privatus papatu et inferior factus catholicis lib. 6, c. 1 1245 1250

Quod papa habet superiorem in terris, videlicet imperatorem, secundum unam opinionem, aut alius iudex, aut princeps secularis, seu multitudo aliqua. Alia opinio tenet quod nec ecclesia univialis nec aliqua congregatio aut persona singulus habet superioritatem in papa nisi in duobus casibus: primus si fuerit de heresi graviter infamatus, etiam false; secundus si de aliquo crimine de quo scandalizetur ecclesia sit notorie deprehensus et ipse se incorrigibilem ostendit lib. 6, c. 2 1255

Rationes probantes quod papa habet superiorem lib. 6, c. 4 et 5

Quod imperator non est superior papa lib. 6, c. 6

Quod papa in spiritualibus non subicitur imperatori, secundum unam opinionem, sed tantum in temporalibus: et hoc intelligendo ex ordinatione Christi, quia forte iure humano imperator pape est utroque modo subiectus lib. 6, c. 7 1260

Responsiones ad auctoritates et rationes quibus probatur papam non habere superiorem in terris lib. 6, c. 62

Solutiones rationum quibus probatur quod imperator non sit superior iudex pape lib. 6, c. 63 1265

Solutiones rationum quibus probatur quod concilium generale non habet superioritatem supra papam lib. 6, c. 65

Quot modis fideles habent superioritatem et potestatem supra papam lib. 6, c. 66

**SUMMUS PONTIFEX**, si efficiatur hereticus ipso facto est omni ecclesiastica dignitate et potestate privatus probatur per 16 rationes lib. 6, c. 67 1270

Summus pontifex si efficiatur hereticus non est ipso facto omni dignitate et potestate privatus probatur per 7 rationes lib. 6, c. 68

Solutiones ad rationes immediate factas lib. 6, c. 69

Summus pontifex hereticus est subditus omni pene cui alii heretici sunt subiecti, saltem episcopi heretici lib. 6, c. 70 et 76 1275

Contra summum pontificem hereticum licet doctores et predicatorum bellum spirituale suscipere absque alicuius licentia et eius doctrinam erroneam reprobare lib. 6, c. 46

1280 Summis pontificibus veteris legis an erat obediendum quando aliquid contra divinam legem precipiebant lib. 5, c. 5 in fine

**VERITATES**, que sunt cense de catholice, ubi recitatur una opinio cum suis motivis, quod scilicet ille veritates sunt reputande catholice que in canonem bible explicite vel implicite continentur et que ibi sub forma propria continentur  
1285 vel ex ibi contentis consequentia formali vel necessari consequuntur lib. 2, c. 1

Opinio predictae opinioni contraria, distinguens diversas veritates secundum magis et minus ad fidem catholicam pertinentes lib. 2, c. 2

Quod de aliquibus veritatibus, ut pote de aliquibus determinationibus ecclesie, sanctionibus sedis apostolice, et diffinitionibus romanorum pontificum, auctoritatibus sanctorum patrum per ecclesiam approbatorum, et hystoriis vel  
1290 cronis quibus ecclesiam utitur, oportet firmiter adherere, licet nec in sacris scripturis habeantur nec ex contentis in eis argumento necessario possint inferri (sive tales veritates stricte loquendo catholice debant reputari sive non): quod probatur auctoritatibus et rationibus lib. 2, c. 3

1295 Est una opinio asserens universis conciliis generalibus et omnibus summis pontificibus et hiis que diffiniunt et omnibus tractatoribus sacrosancte ecclesie scripture, licet ea que dicant per scripturam sacram nequeant demonstrare, necessario esse credendum lib. 2, c. 4

Est alia opinio contraria, quod licet assertioni generalium conciliorum sit  
1300 universaliter adherendum, et etiam pluribus decretis vel decretalibus ac diffinitionibus romanorum pontificum et pluribus epistolis sanctorum doctorum (pro quanto ea que in eis inveniuntur constat esse consona fidei catholice) oportet catholicos consentire, non tamen eo ipso quo romani pontifices vel sancti tradunt aliquid esse tenendum ita erit tenendum; et ista opinio de epistolis  
1305 sanctorum recitat duas opiniones. Prima quod non eo ipso quod aliquis sanctus dicit aliquid illud est a fidelibus tanquam veritati catholice consonum approbandum, quia sancti quandoque contra veritatem catholicam erraverunt. 2<sup>a</sup> est quod non omnibus sententiis que inveniuntur in sanctorum opusculis iam per ecclesiam divulgatis est firmiter adherendum, quia inter seipsos quandoque  
1310 reperiuntur contrarii. Et ibi nota de approbatione doctrinarum lib. 1, c. 4

Quod veritatum quinque sunt genera quibus non licet Christiani aliquo modo dissentire. Primum genus est eorum que in scriptura sacra habentur vel ex eis

argumento necessario possunt inferri. 2<sup>m</sup> est eorum que ab apostolis ad nos per succedentium relationem vel scripturis fide dignis pervenerunt, licet in scripturis sacris non inveniatur inserta nec ex sacris scripturis argumento necessario possint concludi. 3<sup>m</sup> est eorum que in fide dignis cronicis vel hystoriis religione [sic: relacionem?] fidelium invenimus. 4<sup>m</sup> est eorum que ex veritatibus primi generis et secundi tantummodo, vel ex eis vel alterius earum una cum veritatibus tertii generis, possunt manifeste concludi. 5<sup>m</sup> est eorum que deus preter veritates revelatas apostolis aliis revelavit vel inspiravit, aut revelaret aut inspiraret, que revelatio aut inspiratio sine dubitatione ad universalem ecclesiam pervenit seu perveniret. Et omnes veritates quas ecclesia determinat vel diffinit continentur sub aliquo predictorum generum, secundam illam opinionem, quia ecclesia rite procedens nichil diffinit nisi fundando se in eis lib. 2, c. 5 1315

Quod veritates fidei sunt immutabiles, et immutabiliter se habent, sine quacunque approbatione ecclesie catholice; itaque nec ecclesia nec papa potest facere novum articulum fidei et ad hoc sunt quattuor rationes lib. 2, c. 12 1320

**UNIVERSALIS ECCLESIA**, an haberet supra papam potestatem si esset diffamatus de heresi; vide ibi opiniones lib. 6, c. 8

Universalis ecclesia supra papam graviter de heresi diffamatum habet potestatem lib. 6, c. 9 1330

Quod non solum universalis ecclesia sed etiam concilium generale, etiam episcopi, habent potestatem supra papam si papa fuerit taliter de heresi diffamatus quod sine scandalo ecclesie vel periculo fidei tollerari non possit lib. 6, c. 13 et 14 1335

Hoc verbum “universale” non est semper tenendum universaliter; probatur multis exemplis lib. 6, c. 54

Quod ad universalem ecclesiam principaliter pertinet inquirere contra papam, et hoc si adeo catholici pauci essent quod omnes in unum possent convenire: si non autem ad generale concilium, quod vicem gerit universalis ecclesia et ad quos alios lib. 6, c. 56 1340

Quod universalis ecclesia supra papam non habet potestatem lib. 6, c. 64

**UNUS SOLUS** si remaneret, vel etiam si pauci doctores remanserint in fide catholica et maior pars pape heretice consentiret, deberet seu deberent ei resistere modis omnibus et toto posse, nec debentur de victoria desperare lib. 7, c. 47 1345

Quomodo ille unus vel pauci remanentes in fide catholica debent se habere ne fiant fautores heretice pravitatis

1350 Uni soli cuiuscunque fame vel opinionis existat asserenti papam hereticum non est credendum lib. 7, c. 13

Uni soli bone opinionis vel fame referenti per certam scientiam papam hereticum esse potest credi absque peccato vel excommunicationis sentential, licet ei minime credi teneatur lib. 7, c. 13

**XRISTIANORUM MULTITUDO**, an possit hereticari lib. 5, c. 5

1355 Tota congregatio Christianorum nomine ecclesie romane significatur lib. 5, c. 12

Christianorum multitudo usum rationis habentium an possit errare: probatur quod sic; alias omnes promissiones Christi possent in parvulis baptizatis servari lib. 5, c. ultimo.